IOANNIS OLDENDORPII IVRISC. CLARISSIMI, ACTIONVM FORENSIVM PROGYMnaſmata,

Totum ordinem iudiciarium populariter explicantia.

INTERPRETATIO ITEM,

COMPLECTENS VNIVERSI IVRIS Cognitionem, quidcuique vel agendo perſequi, vel excipiendo aduerſus iniquas actorum perſecutiones defendere liceat: ex bono & æquo;

IN CLASSES SEPTEM DISTINCTA.

Acceſſit in fine INDEX *rerum & verborum memorabilium locupletiſſimus.*

NORINBERGÆ.
Sumptibus WOLFFGANGI ENDERI
M. D. C. XXXVII.

Hoc priore Tomo continentur:

CLASSIS I.

De poſtulatione edicti: Quod quiſque iuris.

CLASSIS II.

De iure poſſeſſionis perſequendo.

CLASSIS III.

De dominiis & quaſi dominiis, & iuribus quarumlibet rerum perſequendis.

CLASSIS IV.

De actionibus ex contractibus, & quaſi contractibus nominatis & innominatis.

Esta expurgado segun el Indice del año de 1640

y conforme al de 1707

SERENISS. ATQVE POTENTISS PRINCIPI ET DOMINO, D. FERDINANDO, CÆSARI INCLYTO, GERMANIÆ, BOHEMIÆ Vngatiæque Regi, &c. Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, &c. Principi Opt. Max. IOANNES OLDENDORPIVS. S. D.

NON vna quidem ratione adductus ſum in eam cogitationem, Inuictiſſime Cæſar, vt haſce lucubratiunculas meas Maieſtati Tuæ nuncuparem; inter omnes tamen maxima hæc fuit, quo magis ſtudiorum meorum, & præſertim huius inſtituti, rationem vbi cenſendam ederem, num è Republica videretur. Siquidem verſatus iam aliquot annis in functionibus tum priuatis, tum publicis; animaduerti tam variis auctorum, qui praxim iuris tractant, traditionibus iudiciorum cognitionem conquaſſari, vt plerumque iudices ipſi cum litigatoribus non inueniant litis exitum. Vnde cum quædam velut immortalitas controuertendi naſcatur, fit, vt non ſolum res familiaris, & nunquam rediturum tempus inutiliter conſumatur; verum etiam diſtrahantur amicitiæ, ſuccreſcant odia, ex litigatoribus paulatim in vtriuſque familiam diffuſa; tandem ex lite non ita magna totius Reipublicæ tranquillitas diſturbetur. Et hoc quidem malum ex eo eſt genere, quod prius ſentire, quam cognoſcere ſolemus. Vidi ego multos iudices minime malos, nec indoctos, qui nulla re magis ſe grauari deplorabant, quam inconſtantia allegationum ex iure, quarum quiſque ſuos auctores produceret. Sunt enim multi practici ſcriptores, inter quos Durandus ille Speculator (vt vocant) ſolet præcipuus reputari; nec ſine magno labore tantum opus conſarcinauit, vt interim ex hoc primario viro reliquos æſtimemus omnes. Sed in ſcriptis eius primum methodus deſideratur, & iuſtus ordo rerum explicandarum. Deinde ſimplicitas docendi, quam adeo non retinet, vt ſæpe toto capite aliud faciat nihil, quam opiniones recenſere, quas ipſe tandem falſas pronuntiat. Ad hæc, ſi Roffredi formulas ex illius opere demas, nihil videbis reliquũ præ-

CLASSIS PRIMA:

DE POSTVLATIONE EDICTI, QVOD QVISQVE IVRIS.

ACTIO PRIMA.

MISERRIMVM noſtræ leuitatis in tractando iure exemplum eſt, quod hanc diuinam agendi formulam, quam DEVS *ipſe viua voce nobis præſcripſit*, nemo dignetur in ordinem aliarum admittere: cum tamen æquiſſima, & omnium humanarum functionem regulatrix. Adeo quæ ſunt obularia, tractamus copioſe: quæ autem ingentem adferent theſaurum, prætermittimus. Ideo autem appellant poſtulationem, quia & agendo, & excipiendo, & replicando ſuo iure quis eam intendere poteſt, eſtque velut *βάσις* & fundamentum omnium actionum. *Iuriſconſulti recte* exordiuntur ab ea materia iudiciorum in *Pandectis*. Siquidem nulla eſt certior formula, per quam cognoſcas, vtrum æquum an iniquum ſit, quod petiturus vel *pronunciaturus*, quam ſi ex perſona tua primum metiaris, num velles in te hoc ius exerceri, quod in alium decernis, aut decerni procuras.

Quum enim DEVS indiderit mentibus omnium hominum quandam iuſtitiæ cenſuram, & recte iudicandi rationem: fit, vt nemo poſſit tale tacitum conſcientiæ præiudicium fallere, quicquid externo habitu diſſimulet.

Eo ductu naturalis rationis Vlpianus *in l. 1. ff. quod quiſq; iuris in alium ſtatuit, ipſe eodem iure vtatur*. Hoc edictum (inquit) ſummam habet æquitatem, & ſine cuiuſque indignatione iuſta. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dixit, vel dici effecit? Idem *in l. 1. ff. de ſolution.* probat dubiam ſolutionem debitoris, qui ex multis cauſis obligatus, nec addidit, in quam velit eſ-

IOANNIS OLDENDORPII IVRISC. CLARISSIMI,

ACTIONVM FORENSIVM Progymnaſmata.

Ex priore Tomo reliqua.

*Quid item huic ſecundo Tomo acceſſerit, inſe=
quens pagina indicabit*

NORINBERGÆ,
Sumptibus WOLFFGANGI ENDERI
ANNO M. DC. XXXVII.

Hoc Tomo continentur,

Classis V.

De ſignificatione Teſtamenti, ac Codicilli: quid item ſit vtrumque.

Classis VI.

De perſecutionibus reuocatoriis, & damnorum iniuria datorum.

Classis VII.

Quot modis maleficia in iudicium deferri poßint.

His Accesservnt.

Tabula actionum quotidianarum.
De ſponſalibus.
Miſcellanea.

Clas-